



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

8 Aliqua notatu digna ex supradicta doctrina inferuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

aut praecepto. Ita Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 45. num. 3. in comment. licet. P. Suarez 5. tom. in 3. p. disput. 40. sect. 5. num. 15. Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 41. num. 36. Et lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 32. Villalobos tom. 1. sum. tractat. 1. diff. 21. num. 4. Eman. Saá verb. dubium, num. 2. Quamuis Valquez 1. 2. disp. 64. cap. 3. Et disp. 66. cap. 1. in iure, teneat oppositum, & ex parte illi consentiat Salas tractat. 8. disput. unice. sect. 25. num. 158. Ratio nostrae conclusionis est, quia in hoc dubio est possessio pro libertate. Quilibet enim suarum actionum est dominus, & libere in illis procedere potest, dum se ligatum non cognoscit, qui igitur post factam diligentiam dubius est de praecepto, non se cognoscit ligatum.

2 Idem prorsus dicendum est, quoties dubium fuerit, an lex, vel praeceptum ad aliquem casum se extendat, quia tunc perinde est ac dubitate de lege, an sit imposita. Ita Thomas Sanchez in Decal. cap. 10. n. 33. Salas supra n. 158.

3 Sed quid dicendum, si dubitas, an sit lex vsu recepta? Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 11. numer. 35. existimat in hoc dubio te esse obligatum lege, quia cum de lege confiter, pro eo fiat possessio, & iuris praesumptio. Ergo ut ab eius obligatione eximaris, tibi incumbit onus probandi non esse vsu receptam. Fateor hoc esse probabilius: & ita tenet, etsi non satis consequenter Bonac. disp. 1. de leg. q. 1. p. 4. m. 44. Et disp. 2. de pecc. 7. p. 7.

4 Nihilominus valde probabile est te in supradicto casu lege non teneri: ita Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 2. cap. 19. quest. 12. Salas illa disp. unice. sect. 18. num. 109. dicunt enim dubitantem an aliqua lex excommunicationem, suspensionem, vel irregularitatem imponens sit vsu recepta, posse reputare non esse vsu receptam, & non obligare. Moverunt, quia in legibus poenaliibus benigniorem partem sequi debemus. Friuola ratio, si pro lege esset possessio. Quare ratio nostrae conclusionis ea debet esse, quia tunc non constat de lege imposita, ac proinde non possidet: ubi enim dubium est, an aliquando fuerit vsu recepta, est dubium, aliquando obligauerit, quia ad hoc ut obliget, debet necessarium recipi secundum probabilem sententiam, ut tradit Dominicus. in capit. istis §. leges, 4. dist. 8. in cap. 2. de consuet. & Felin in cap. 2. de i. e. g. a. q. pace. à num. 12. & ex illis Nauarr. in sum. cap. 23. num. 41. Rebell. de obligat. iustit. x. p. lib. 1. q. 48. §. num. 7. & alij plures referendi, tract. 3. de legib. disp. 1. p. 13. Si ergo dubium est, an aliquando obligauerit, dubium est, an aliquando fuerit vera lex, & consequenter non possidet. Idem dicendum est à fortiori, quoties dubitas de promulgatione legis, an fuerit facta, quia lex esse non potest sine promulgatione. §. 1. in aut. hinc. ut facta nona constitutiones, & in §. ius autem, instit. de contrahend. ompt. & probat optime Decius in rubr. de consuet. post. num. 36. vers. vlt. vlt. tamen videtur.

5 Quid si certus sis de lege imposita, dubites an ratione aliquis necessitatis, vel alterius circumstantiae ab ea eximaris? Salas illa sect. 25. n. 259. existimat te non teneri, si lex est tibi incommoda & molesta. Moverunt, quia libertati fauendum est, quantum possumus. Debemus ergo pro libertate iudicare quoties dubium est, an lex obliget.

6 Dicendum tamen omnino est in hoc casu, te obligatum esse. Quia constat legem ipsam possidere, & eius obligationem. Ergo ut eximaris ab ea exculatus, probare debes exceptionem: immo tunc ergo ab obligatione certa te volebas eximere exculatione dubia. sic Medina 1. 2. quest. 96. art. 6. ad fin. proposit. 3. Ioan. Sanchez disput. 43. num. 8. in princ. Thomas Sanchez, relat. Decio, Alciato, Surdo Neuiz, & aliis, lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 34. Et lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 37. Idem dicendum est, si dubites, an abrogata sit lex, vel in ea dispensatum, quia lex possidet, & probare debes exceptionem, ut eximaris: sic vterque Sanchez supra & Salas (etsi non multum consequenter) illa disput. unice, section. 26. num. 265. Ratio in contrarium non obstat: libertati enim fauendum est, quoties non constat ligatum esse, ac cum constat de lege, constat de vinculo, & illi ut possidenti in casu dubio debemus fauere.

7 Hinc à fortiori constat te esse obligatum lege, si certus sis de illa, & dubius an satisfeceris, v. g. certus es te esse obligatum quotidie horas canonicas recitare, dubitas an obligationi satisfeceris, teneris dum non deponis dubium, recitare, quia obligationi certae non potest solutio dubia fieri satis. Ita Medina C. de orat. quest. 16. artic. 6. in 2. part. dub. 3. Nauarr. c. si quis autem, de poenitent. distinct. 7. num. 76. vers. 17. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 10. numer. 12. Rebell. de obligat. iustit. part. 1. lib. 2. quest. 14. sect. 2. num. 9. Et 10. in fin. pag. 119. Et 2. p. lib. 1. quest. 2. quest. 2. sect. 2. n. 13. §. 9. a etiam ratione.

* * *

PUNCTUM VIII.

Aliqua notatu digna ex supradicta doctrina inferuntur.

- 1 Quid sit epicheia, & an detur in casu dubio.
- 2 Non licet vti epicheia in casu dubio, si consulti potest superior.
- 3 Quando superior consulti non potest, affirmant aliqui.
- 4 Seruanda tamen est lex.
- 5 Apponitur quadam limitatio, sed non approbatur.
- 6 Quid de dubitante, an sonuerit 12. hora noctis, ut possit cenare, vel carnes comedere.
- 7 Dubitans an expleuerit 21. annum, ieiunio non tenetur.
- 8 Dubitans an comederit, vel biberit post 12. horam noctis, secundum aliquorum opinionem, communicare potest.
- 9 Probabilius est dubitantem communicare non posse.
- 10 Satisfit fundam. n. 8. adductis.
- 11 Dubitans ob tenuitatem beneficii de obligatione recitandi, tenetur recitare, defenditur probabilibus.

1 Primò inferitur, quid dicendum sit, an in casu dubij detur locus epicheiae. Epicheiam voco emendationem legis, seu interpretationem, quando scilicet aliquis interpretatur legislatorum vel non potuisse, vel noluisse ad aliquem actum, etsi sub verbis legis comprehensum, obligare ob occurrentes circumstantias. Ex qua interpretatione, si voluerit operetur dicitur vti epicheia, ac proinde epicheia actus est intellectus & voluntatis, ut bene dixit Suarez lib. 6. de leg. cap. 6. num. 2. & 5.

2 Hanc autem interpretationem seu emendationem legis nullo modo licere in casu dubio, si consulti potest superior. Est communis sententia cum D. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. in corp. Et ad 3. quest. 96. art. 6. ad 2. & ibi Caeteran. & alij Medic. C. de poenit. tract. de ieiunio quest. de iis qui tenentur ad ieiunium. Sotus lib. 1. de iustit. quest. 6. art. 8. §. 1. vti vti vti conclusio Et §. ad huius rei intellectum. Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 37. Suarez lib. 6. de leg. cap. 8. n. 10. Sanchez disp. 43. n. 8. circa medium. Valquez de Eucharist. disp. 219. cap. 4. n. 43. Ratio est evidens, quando dubium est de voluntate superioris, an scilicet voluerit ad illum casum legem suam extendere. Quia operari cum conscientia dubia, quando ipsa deponi potest, est peccatum ob periculum. Sed cum dubium est, an voluerit superior obligare, in tali casu deponi potest dubium ex eius consilio. Ergo non licet in tali dubio operari superiore inconsulto. Si verò dubium sit de potestate superioris, an inquam, poterit obligare, cum clare non constat eius impotentia, inquam videtur, interpretari non posse obligare & legem deficere, cum pro lege, & potestate superioris sit possessio.

3 Difficultas aures est, an in casu vrgenti, in quo superior consulti non potest, possit vti epicheia?

Affirmat Syluest. verb. Papa, quest. 16. dicto 2. fine. Et verb. dispensati. q. 4. Cordub. q. 11. 3. q. 13. ante reg. 1. fol. 105. Henriquez lib. 14. de irreg. c. 3. n. 3. licet X. consentit Salas, quoties adimpletio legis est molesta, & incommoda, tract. 8. disp. 25. n. 260. Ratio, quia videtur nimis durum obligare homines legibus non certis, sed dubijs, in tali casu videtur lex dubia, cum de eius obligatione dubitetur.

4 Tenenda tamen est communis sententia, seruandam esse legem. Ita D. Thom. Soto. Medina. Valquez, vterque Sanchez, & Suarez supra, & affirmant Syluest. Cordub. & Henriquez intelligendos esse non de dubio aequilibri, sed de formidine, quando scilicet est probabile iudicium, licet eum formidine, vel non potuisse, vel noluisse superiorem in tali casu obligare. Ratio est, quia in tali casu lex non est dubia, sed certa, cum constet verba eius talem casum comprehendere. Solum autem est dubium, an legislator voluerit, vel poterit illum casum comprehendere. Ergo dum non probatur impotentia eius vel noluit, pro lege stare debet praesumptio, re potest possidente.

5 Limitat autem supradictam doctrinam Suarez illo lib. 6. de leg. cap. 8. num. 11. ut procedat, nisi alteri legi grauiori dubitetur contrariari. Tunc enim (inquit) licet grauiorem legem exequi, omnia minori, quia illa concurrentia est sufficientis ratio deponendi praedictam dubiam conscientiam, ne homo sit perplexus. Mihi autem supradicta limitatio non placet. Existimo namque seruandam tunc esse legem, & praeceptum certum, omnia lege, & praecepto dubio: quia possidet praeceptum certum, dum non constat alteri legi superiori contrariari. Quia ratione contra dubius de obui prioris coniugis tenetur praesentem reddere debitum, etsi reddidit debiti contraria sit tam iuri prioris coniugis, quam temperantia: quia lex temperantiae, & iuris prioris coniugis est dubia, & lex dubia non potest praualere aduersus legem certam & possidentem, qualis est de reddendo debitum praesenti coniugi. Item quando est dubium, an inactia iuramenti, vel voti licita sit, sentit D. Thom. 2. 2. q. 89.

quasi & q. 1. ad 1. obligare, siquidem dicit posse Episcopum tunc dispensare. Ergo à fortiori obligabit præceptum certum, cum dubium solum est alteri contrariari.

Secundo inferitur dubitantem, an fuerit elapsa 12. hora noctis, non posse carnare in illa dies sit ieiunij. Quia possidet ieiunij præceptum, dum non constat de probabili executione. Et contra verò, si crastina dies est, ieiunij dubitans, an 12. noctis, potest hodie carnem comedere, quia certo possidet libertatem, & solum sub dubio stat privatio illius. Quòd si diversa horologia sint, poteris cuilibet te accommodare, quia sequeris quasi opinionem probabilem, nisi forte aliquod sit communiter, vt errans reparatum. In iis conveniunt etiam munitur Doctores, Vega lib. 3. sum. casu 213. Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disp. 41. n. 40. Salas 1. 2. r. 8. disp. vnic. sect. 25. num. 264. Ioan. Sanchez disp. 42. n. 3. & disp. 43. num. 5. Villalobos tract. 1. de conscient. disp. 21. num. 6. & 7.

7. Tertio inferitur dubitantem an expenderit 21. annum, ieiunio obligatum non esse. Quia ante dubium est in libertate non ieiunandi, qua libertate privari non debet ob præceptum dubium. At non poterit ad ordines, vel beneficia promoveri, dum dubius est, an habeat ætatem requisitam: quia toto tempore antecedenti dubium, obligatus erat non ascendere ad ordines, vel beneficia ante ætatem. Ergo non poterit illo præcepto deobligari, dum non probat ætatem, sic Thomas Sanchez supra n. 38. & Ioan. Sanchez n. 6. & 7.

8. Quarto inferitur quid dicendum sit, si dubites, an post 12. horam noctis comederis, an biberis, possisne communicare? Et dubium esse potest non de actione comedendi, vel bibendi, sed de tempore, certa enim esse potest comestio, vel potus, at dubium, fueritne post 12. horam noctis: Secundo potest esse dubium de comestione, vel potu, non de tempore, vt cum quis ad lavandum se hora maquina adsumit aquam ad abluendum os, dubitat tamen, an aliquid deglutierit, in iis enim casibus accitit pugnare Ioan. Sanchez in select. disp. 42. n. 1. & præcipue n. 9. posse sic dubitantem ad Eucharistiam accedere, & Confessarios sic debere consulere. Adducit pro se Medina, in sum. in declaratione 3. præcipue Ecclesiast. § 42. non longe à princip. ubi ait: Ne sint fideles nimium scrupulosi, si abluendo os illis videatur aliquam guttam transgulisse, nisi enim manifestè cognoscatur fuisse transmissam in stomachum, non abstinant à communicatione. Lucium in sum. fol. 145. in el præcepto 4. de la Iglesia de comulgar, dicens: El que sea en duda, si tragó una gota de agua, y no le ve claro, puede comulgar. Fauter huic opinioni non leuiter Eman. Sa verbo Eucharistia, n. 28. dicit. Complutens. 609. quatenus dicit: Tractatum aliquid contra voluntatem, vt parum aqua dum os abluatur, non impedit communionem. Probaturque potest hæc opinio primò, Homo habet ex se libertatem, & potestatem communicandi, Ergo ob dubium comestione privari non debet tali potestate. Secundo qui cenat carnes die Iouis, dubians, an sit hora 12. noctis, non aduertat præcepto ieiunij quia est dubium, an tunc vigeat tale præceptum, Ergo similiter talis cenæ non aduertat præcepto ieiunandi ad communionem, quia est dubium, an tunc vigeat tale præceptum. Et confirmatur, Si quis habet præceptum ieiunandi crastina die ieiunio naturali, sine vilo profus potus, & cibo, & hodie dubitans an sit hora 12. noctis, comedat, talis comestio ieiunium naturale non violat: quia non intelligitur pro tunc possidere præceptum, Ergo ex tali comestione non reddetur inhabilis ad communionem, quia in tantum reddi potest inhabilis, in quantum intelligitur ieiunium naturale soluisse: at per illam comestione non intelligitur ieiunium naturale soluisse, Ergo Tertio contra, et id dubium de valore matrimonij superuenit, & facta diligentis dubium vincit non potest, potest petere debitum, quia ante dubium fuit in possessione, quòd illa vxor esset propria, qua possessione ob superueniens dubium privari non debet, sed cui dubium superuenit, an comederit post 12. horam noctis, erat in possessione communicandi, Ergo non debet tali possessione ob dubium solitari.

9. Nihilominus probabilis existimo sic dubitantem non posse communicare ita docet Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disp. 41. n. 40. Salas de conscient. sect. 25. n. 264. Villalobos tr. 1. de matr. disp. 21. n. 7. & Doctores communiter, Probo. Primò. Præceptum sumendi Eucharistiam ieiunij semper obligat, Ergo si cui n. accedit sumere Eucharistiam, dubitas, an sis ieiunus, dubitas an præcepto sumendi Eucharistiam ieiunij aduerteris, & cum nulla sit pro tua parte possessio præcepto antecedens, fit sane in casu dubij pro præcepto standum esse. Secundo, qui dubius est, an sit ieiunus, dubius est, an sit dignus. Ergo ne indigne manducet, probare debet se ieiunum esse. Tertio qualitas non præsumitur, nisi probetur vt optime docet Menochius consil. 35. n. 3. & consil. n. 21. Ergo non præsumitur ieiunus, nisi probet. Probare autem non potest qui dubius est, Ergo. Quarto vniuersalque probare debet fundamentum suæ intentionis, aliis succumbet. Lei qui dicit, ff. de probat. l. actor, quod asserat, C. od. l. qui accusare, C. de edend. & tradit Decius consil. 164. num. 1. Socin. junior consil. 12. n. 3. lib. 1. & aliis relatis Micael, de probat. verb. qualis, consil. 123. num. 3 & 4. At fundamentum exigentis communionem ab Ecclesia est esse ieiunus.

num à culpa in anima, & à cibo, & potu in corpore. Ergo dum non probat hoc fundamentum, immeritò exigit communionem.

10. Neque obstant superius allegata pro Ioan. Sanchez. Ad primum dico neminem habere libertatem communicandi, nisi probata dignitate, sicut neque habet libertatem accipiendi beneficium Ecclesiasticum, aut ordines, nisi probata ætate, & legitimitate ad illi requisitis. Quare dum dubius est de ætate, aut legitimitate neque beneficium, neque ordines recipere potest, ita neque Eucharistiam, cum dubius est, an comederit.

Ad secundum respondeo cenam illam non contrariari præcepto ieiunij Ecclesiastici, aut naturalis per se, at contrariari communioni postea sequenda, non contrariari præcepto ieiunij, quia non constat tale præceptum esse, at contrariari sequenda communioni, quia communioni, & præcepto certo bene potest dubia comestio contrariari. Aliud enim est ius acquisitum tollere, aliud de nouo acquirere, ex vi enim præcepti ieiunij tollitur homini ius acquisitum comedendi, cum voluerit, quod ius tolli non potest, nisi præcepto certo & indubitato. At cum homo comestione intendit, beneficium intendit acquirere, Non ergo illi irrogatur iniuria, si non detur tale beneficium, dum non probat sufficientiam.

Ad tertium respondeo ob superueniens dubium non impediri coniugem petere debitum, quia habuit ius iustitiæ acquisitum ad petitionem. At nullus habet ius iustitiæ acquisitum, vt sibi sacramenta donentur, nisi prius probet se nullum impedimentum habere. Ergo. Adde est cuilibet licitum sit matrimonio copulari, non tamen licitum illi est, si dubius sit habere impedimentum, quia numquam habuit ius sit matrimonio copulandi, nisi probando impedimentum non esse: ita similiter, est cuilibet ius habere Eucharistiam sumendi, non tamen illud habet, quin prius probet se dignum esse. Aduerto tamen horam 12. noctis completi, cum primus pulvis sonat, quia tunc iudicatur horam completam esse, & quia non potest vno pulsu indicari, ideo multiplicentur. Quare si quis post primum pulsum biberit, siue dubio communicare non potest: ita Thomas Sanchez illa disp. 41. num. 40. Villalobos diff. 21. Salas num. 264. Ioan. Sanchez disp. 42. n. 19. Garcia de benef. 1. tom. 5. cap. 1. à num. 524.

11. Quinto inferitur, quid dicendum de habente beneficium tenet, & ob id dubitante an obligatus sit recitare? Salas 1. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. n. 154 sine affirmat non teneri, quia est dubium iuris, & præcipue ex suo sæpè recepto principio. Præceptum, inquam, onerosum, & molestum implendum ex obligatione non esse in casu dubij. Mihi quidem probabilis videtur dicendum in tali dubio obligationem esse recitandi, tener expresse Vasquez 1. 2. disp. 65. cap. 3. num. 11. Ratio est, quia est certum te habere beneficium, ac proinde obligationem officij illius gnetam. Dubium autem est an ab hac obligatione obparuitatem fructuum excuseris, quando autem obligatio est certa, & excusatio dubia, teneris obedire. Adde in foro externo te fore condemnandum, si dubia esset excusatio, quæ pro Ecclesia est certa lex, à cuius obligatione vt excusari posses, debebas excusationem probare, quod constat ex doctrina tradita à Couarr. lib. 2. var. cap. 12. n. 12. Thiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 9. n. 2. v. vers. quibus adde. Covzal. reg. 8. cancell. Gloss. 8. n. 72. Eucard. in suis topicis loco ob exceptione ad regulam, n. 12. vbi omnes probant, cum de lege constat, & ab illa vis te eximere, probandam tibi esse causam excusationis, alioqui pro lege iudicandum est.

PUNCTUM IX.

Dubius de voto, iuramento, vel promissione, an tenearis.

- 1 Affirmant plures, & qua ratione probent.
2 Probabilis est se esse excusatum.
3 Satisfit fundamentis oppositis.

Affirmant plures, grauesque Doctores, Azor, tom. 1. instit. moral. lib. 2. cap. 16. q. 10. & lib. 1. cap. 15. q. 2. Valq. 1. q. 19. art. 6. disp. 65. cap. 3. sine, Anton. Perez certam. 10. Scholast. dub. 2. n. 132. Cordub. sum. q. 147. Saytus in clauis regia lib. 1. c. 13. n. 6. Salas, quoties votum, vel iuramentum non est de re nimis incommoda, & molesta, 1. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. n. 162. & sect. 21. n. 452. & 253. Mouentur, quia extra materiam iustitiæ eligi debet tuior pars, cum extra illam non derit possessio. Secundo, est in dubio iuris non sit necessarium pariter tutiorem eligere, at in dubio facti necessarii diligenda est, præcipue in foro conscientie, vt tenent Ioan. Andæ. Cardin. Anan. & Socin. cap. ad audientiam, de homicid. num. 46. Panor. mit. ibi num. 1. Felin. n. 17. idè què in dubio homicidij facti confertur quis irregularis, sed dubium, an votum emiseris, est dubium facti, vt de te constat. Ergo.

Nihilominus probabilis multo est dubitantem, an votum, vel iuramentum, aliãve promissionem emiserit, illis non tenentur.

DE
CASTRO
PALAZO
TON
LIE
ELV